Rom. IX. 30. 1. Cor. XI. 23. 2. Cor. I. 14. & Luc. XIX. 43. juxta Theophylactum. (9) *expletivè & pleonasticè* Luc. XXIV. 46. Marc. XIV. 14. Joh. IV. 17. c. XI. 47. 50. 1. Joh. III. 20. Particula ὅτι in his & aliis N. T. infinitis locis παρέλκει; qvod qvia Latinus Interpres non observavit, sæpè ὅτι illud per conjunctionem *Qvod* expressit, qvæ tamen interpretatio sensum turbat, Latinoq; sermoni est incongrua. In contextu qvippè sacro particula Causalis ὅτι post verba dicendi λέγω, ἔιπω &c: ita passim pleonasticè adhibetur, ut non significationis, sed ornamenti qvidpiam orationi afferat, adeoqve *superest sensui ex Græcorum idiotismo, ac proinde inversione est omittenda, ut confirmat D. Gerhard. Harm. Evang. c. 160. p. 665. b. Barthol. Mayerus Philologiæ S. Part. II. c. 2. p. 177.* hanc ὅτι crebram in N. T. παρέλκυσιν fluere dicit ex Chaldæo-Syro Idiomate, ubi sæpissimè occurrat conjunctio inseparabilis expletiva ? Cui Græcum ὅτι, Rabbinicum ש respondeat; sed cum eodem modo istam particulam freqventer adhibuisse deprehendamus optimos qvosqve Græcæ Lingvæ Scriptores, velut plurima hujus rei exempla *è Thucydide, Xenophonte, Demosthene, Plutarcho congesserunt Guilielmus Budæus in comment. Græc. Ling. & H. Stephanus* l. c. vix huic *Mayeri* sententiæ pollicem premere possumus. Hoc loco ὅτι particula expletiva est, uti versu mox præcedenti; *Beatus es Simon Barjona,* ὅτι *qvia Caro & sangvis &c. Conf. Osiand. Bibl. glosf. in h. l. p. 69.* b. Calovius *de Pers. Christi p. 530. Magnif. Dn. D. Olearius Manuali p. 768.* Scherzerus l. c. Walth. *Harmon. Bibl. ad Luc. VII. p. 936. & ad 1. Tim. I. p. 1208.* Franzius *de Interpret. Scr. S. Orac. 61. 541.* D. Glassius *Philol. S. Lib. III. T. VII. p. 820. seq.* Lic. Olearius *Exercit. ad Epist. Domin. p. 263. & Disput. pro Licent. Lit. B. f. 2. circa fin.* Cl. Stolbergius *Tract. MSS. de Idiotismis Ling. Gr. cap. VIII. Reg. 12. & 13. itemqve disput. de Responso Christi Joh. IIX. cap. III. §. 3. Circa fin. & seqq.*

Σὺ εἶ] *Tues*; Syrus vertit ܐܢܬ ܗܘ *Attu*, qviescentibus literis ܐ & ܬ lineolis notatis, ܗܘ ܬ cum voce præcedente uno sono effertur & valet idem, qvod verbum substantivum sum, es, est, de qvo Conf. *Dilherrus Eclog. Sacr. p. 70.*

Πετρος